



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De Applicatione Missæ, Cap. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

CAPUT II.

De Applicatione Missæ.

§. I.

*Præmittuntur quadam necessaria de
offerentibus Missam, eiusque
valore.*

VT facilius ea, quæ dicenda
sunt de Applicatione Missæ,
percipiatur; Præmittendum est, in
hoc Sacrificio, intervenire eos,
qui offerunt, & eos, pro quibus of-
ferunt.

Qui offerunt sunt, Christus Do-
minus, qui est principalis Sacer-
dos; Celebrans, qui est Christi mi-
nister; Ecclesia, seu cætus fidelium,
qui signat talem Ministrum, qui
ipsius Ecclesiæ nomine offerat; Cir-
cumstantes, qui faciunt unum suo
me-

2 Delugo de Euch. d. 19. sec. 9. n. 12.

sect. 12. n. 239.

modo cum celebrante, denique dantes eleemosynam, pro dicenda Missa.

1j, pro quibus offertur, sunt ipsi iidē Fideles defuncti, vel vivi; peccatores, vel iusti, &c. pro quibus intendit actualiter, vel virtualiter sacerdos offerre.

2. iam, circa hos omnes; posuit & considerari tres effectus Sacrificii. Primo meritum, quo scilicet offerentes, vel ij, pro quibus Missa offertur, seu quod idem est, applicatur, merentur sive gratiæ augmentum, sive auxilia Dei ad aditum virtutum. Secundo, Imperatio, quia iidem per Missam impetrant à Deo bona spiritualia, & temporalia. Tertio, satisfactio, qua iidem satisfaciunt pro pœna temporali in hac, seu in alia vita, peccatis ipsorum debita.

3. Et quidem hæc tria (quæ uno vocabulo vocantur fructus, seu emolumentum Missæ) considerari

a Idem, & passim Theolog.

possunt, vel ex opere operato, id est quatenus habentur, ex vi eius, qui est principalis in hoc Sacrificio, nempe Christus Dominus, vel ex opere operantis, id est, quatenus habentur ex vi operationis, seu actionis ipsius Sacerdotis, vel circumstantium, vel dantium stipem. An autem meritum, quod habetur ex hoc Sacrificio, sit et solum ex opere operantis, an vero etiam ex opere operato, & an is fructus, qui in Missa habetur ex parte Ecclesiae, sit et dicendus haberi ex opere operato, an operantis, & similia, pertinent ad Theologos Scholasticos.

4. Illud certe, quamvis Scholasticum, pertinet non nihil ad nosse Anvalor, seu fructus satisfactionis, qui haberi à Missa potest ex opere operato Christi, sit infinitus, an finitus? Breuiter respondeo, certum esse, infinitum esse in actu primo

R

mo

c Idem d. cit. 19. de Euch. sec. 9. m. 115.

122. iunctis. 130. & 150.

Idem d. sec 9. m. 115.

mo, est enim ipse Christus, seu eius infinita merita. Verum, an Christus voluerit ut infinitus esset in actu secundo ita, ut una Missa actu satisfaceret, ex opere operato, pro pœnis debitis finitis in Infinitum, id certe est, quod hic quaeritur.

5 Triplex autem potest esse sensus quaestionis. Primus, an fructus Missæ sit infinitus respectu omnium personarum. (quæ esset Infinitas veluti extensiva) & sic una Missa applicata omnibus, & singulis Fidelibus, sufficiat perfectè pro illis. Et in hoc sensu, fatemur a omnes, non esse fructum Missæ actu infinitum, quia frustra multiplicarentur Missæ, & quia, ut dicemus, quantitas, ut ita dicam, talis fructus, limitatur à dispositione cuiuscumque fidelis, cui applicatur.

6 Secundus. An sit infinitus respectu unius personæ, & sic una Missa applicata uni persone v. g. defun-

*a Idemib. sec. 10. nu. 200 cum Suarez
Vasq. aliis.*

defunctæ, tollat ab illa omnem pœnam ab ipsa debitam, etiam si hæc pœna maior, & maior in infinitum esse supponatur. Et in hoc sensu omnes similiter astatemur, non esse fructum Missæ actu infinitum, quia quavis hic fructus augeatur pro meliore dispositione subiecti, pro quo Missa applicatur, unde & posset dici in Missa esse valorem infinitum syncategoricè, b cum dependeat tamen à prædicta dispositione, quæ semper finita erit, finitus erit & fructus; Quærens autem, Deus solus novit. Nam propterea, rite curamus, ut plures, & plures Missæ, pro uno, eodemque, applicentur.

7 Tertius sensus est. An fructus Missæ sit infinitus respectu multarum personarum, & sic una Missa applicata pro multis, tantum singulari

R 2

lis

a Marchinus de ord. tr. 3 p. 2. c. 12. n. 12. & 13. aliquæ citati, & citandi.

b Delugo d. Euch. dict. d. 19. sect. 12. n. 243.

lis proficit, quantum omnibus, ita ut si Missa applicetur ver. gra. pro decem, non dividatur emolumentum Missæ in decem partes, sed singuli secundum suam dispositionem, lucrerentur totum fructum, ac si, pro uno solo, applicata fuisset tota Missa.

8 Et in hoc sensu magna questio est inter Theologos: duæque sunt sententiæ affirmat Vasquez & Castropalaus, b aliique. Negat cum communi Suarez. c & meritò. Ratio potissima est, quia, si una Missa tantum valet pro uno, quantum, si applicetur pro multis, vanus mos esset apud Fideles ab Ecclesia tot annos approbatus ut applicetur Missa pro uno defuncto particulari, eiusque particulari satisfactione: cur enim non applicantur omnes Missæ pro omnibus defunctis? &

a Vasqu. disp. de Euch. 231. cap. 2.

b Castrop. de sacrif. disp. unic. punct.

7. n. 11. c Suarez. d. Sacr. dis. 79. sec. 12. §1
Dico secundo aliq.

cur tam sollicitus est fidelis, ut pro se particulari Missa applicetur? Sandè non propter aliud, nisi quia fructus, saltem satisfactorius diminuitur ex consortio alterius, ita Deo volente, ut sic tantum sacrificium, frequentius, celebraretur. Non ita se habet auditio Missæ: nam, etsi multi audiant eandem Missam, non tamen, ex consortio aliorum diminuitur pro singulis, fructus respondens auditioni Missæ singulorum: At in applicatione diminuitur, ut diximus, & maximum argumentum huius veritatis est hoc ipsum quod dicimus, quod, scilicet Fideles, ex antiquo Ecclesiæ more comprobato, non sunt solliciti, ut soli audiant Missam, sunt vero multum solliciti, ut pro solis, idem Sacrum applicetur.

His delibatis, ad ea, quæ magis pro casibus conscientiarum faciunt, accedamus.

§. II.

*An applicari possit Missa pro Infide-
deli.*

¶ **Q**uidam infidelis v. gr. Tur-
ca audiens à Christianis
quanti valeat Sacrificium Missæ,
offert stipem Sacerdoti, ut pro ipso
faciat Sacrum. Potestne primo is
acceptare eleemosynam. Secundo,
potest pro ipso celebrare? Respon-
deo utrumque a posse, illum tamen
publicè non nominando, ne detur
ocasio admirationis, vel scandali
in populo. Ratio est, quia Infideli
(quamvis solum in uno) prodest
Missa. Licet enim illi non prosit,
quoad meritum; siquidem Infide-
lis, qui propter privationem gra-
tiae, est Dei inimicus, non est in
statu meriti; neque prosit quoad
Satis-

*a Suar de Euch Sacr. d. 78. sect. 2. §.
Dico tertio, aliique apud Marchin ne-
gantem tr. 3. de ord. p. 2. c. 7. n. 3.*

Satisfactionem, quia satisfacere
 pœnæ quis non potest, dum est in
 peccato mortali, neque enim pœna
 ulla remittitur ei, cui actu debetur
 pœna æterna; prodest tamen quoad
 Impetrationem (etiam ex opere ope-
 rato, ut dicam mox ^a) quatenus ei im-
 petrari possunt, mediante Sacrificio,
 aliqua bona temporalia, immo & spî-
 ritualia, ut sunt aliquæ bonæ inspira-
 tiones, & auxilia, ut Deus aliquan-
 tulum placatus, cum infidelem vocet
 ad fidem.

2 Dices; ergo Sacerdoti non li-
 cebit integram stipem accipere, si,
 quidem nec integrum Missæ fru-
 ctum ei attribuere potest. Respon-
 deo, neque actu peccatori potest
 celebrans applicare totum fru-
 ctum, ut mox §. 6. n. 1. dicemus, &
 tamen numquam hunc scrupulum
 iniecisti Sacerdoti, quasi non possit
 à sibi cognito peccatore integram
 stipem accipere. Dico igitur, ex una
 parte, fructum Imperatoris tantum

R. 4

esse,

a *Infra §. 3. n. 4.*

esse, ut superet omnem æstimabiliratem pecuniæ: & ex alia, infidelis, vel peccatorem offerentem eleemosynam velle interpretativè, illud, quod velle rationabiliter potest. Cum igitur possit solum participare de fructu Imperationis, hanc solum, & nihil præterea, velle, præsumendus est.

§. III.

An, & quatenus Missa offerri potest pro Catechumeno.

Valdè differt, à præcedenti, præsens quæstio, nam hic supponimus Catechumenum esse ex vi contritionis in gratia, & solum ei deesse Baptismum, per quem, tamquam per ianuam visibilis Ecclesiæ in illam ingrediuntur Fideles; at Infideles semper supponuntur sine gratia, & Dei inimici. Quærimus ergo an Sacerdos possit stipem accipere à Catechumeno, illi

illique Missæ fructum applicare.

2 Dicamus posse utrumque, si enim potest pro Infideli, multo magis pro Catechumeno; cui saltem proderit Missa quoad Impetrationem, sicuti prodesse Infideli, modò dictum est Doctrinæ tamen, & curiositatis gratia tum de dictæ Impetrationis, tum de Satisfactionis fructu, ex opere operato, addo sequentia.

3 Quoad Satisfactionem. Quamvis non desint, a qui concedant Catechumeno existenti in gratia prodesse effectum Satisfactionis, ex opere operato, si pro ipso offeratur Missa, unde si sit in Purgatorio iuvvari per Missam possit, sicuti ceteri baptizati: communior tamen opi-

R §

opi-

2 Lexxa v. Missa n 7. aliqque apud
Lud. à Cruce in exp. Bull. Cruc. disp. 2.
ca. 8. nu. 10. vide etiam Fag. lib. 3. de pri-
mo pracep. Eccl. cap. 12. num. 29.
et 30.

nio & negat. Ratio negationis illa
affertur, quia Ecclesia per suos Mi-
nistros non potest applicare fru-
ctum Satisfactionis Missæ, nisi ijs,
qui sunt de membris suis, hoc est,
de Ecclesia visibili, in quam fit in-
gressus per Baptismum, quales
nondum sunt Catechumeni. Pro-
babiliter quidem, sed ego libens se-
quor opinionem affirmantem, &
huic rationi respondeo; Catechu-
menos non esse omnino extra Ec-
clesiam visibilem, sed aliquo rati-
o modo ad illam pertinere, si-
quidem propter fidem, quam jam
animo conceperunt, & jam externe
professi sunt, inchoati è sunt de
visibili Ecclesia Exemplum dare
soleo de Novitiis alicuius Religio-
nis; ii enim verè Religiosi nequa-
quam sunt, pertinent tamen ad Re-
ligionem, suntque initiati è ejus
Religionis, cujus habitum suscepe-
runt.

a Suarez de Sac. disp. 79 sec. 10 §. 1. igitur
Arch. de ord. tr. 3. p. 2 c. 7 n. 3 aliis
ab ipsis citati.

tunt; unde, sicuti iidem participant de Religionis susceptæ privilegiis, ita putandum est, Christum Dominum noluisse excludere de suæ Passionis Satisfactione, fructuque Sacrificii eos, qui aspirant ad Baptismum, atque externa etiam petitione deprecantur.

4 Quoad Impetrationem Facilius certè conceditur, quoad ipsam ex opere operato, prodesse Catechumeno, tum propter rationem insinuatam, quod Catechumenus initiativè pertinet ad Ecclesiam visibilem; tum universaliter, comprehendendo etiam infideles: quia hoc sacrificium, ut est impetrativum, utique ex opere operato, potest Deo offerri ex Tridentino, & pro quacumq; re obtinenda, etiam temporali, ut, pro pluvia, pecoribus, aliisque necessitatibus, *Mirum autem esse ait hic Delugo b cōtra Vas-*

R 6 quez

a *Trid sess 22. can. 3.*

b *Delugo de Euch. disp. 19. sec. 10. nm.*

quez negantem, sed cum Suario
 b concedente, quod Missa posses offer-
 ri ad impetrandam sanitatem Bovi, non
 autem ad salutem amico Infideli. Nec
 deest ratio, qua simul dissoluantur
 argumenta contraria, nam Impe-
 ratio non respicit immediatè per-
 sonam, cui conferrur beneficium,
 sed personam, quæ postulat, unde
 qui petit sanitatem Bovis, non dici-
 tur offerre pro Bove, sed pro se, ut
 impetret sibi immediatè illud bene-
 ficium sanitatis bonis: Ita ergo etiam
 dato, quod Missa immediatè pro nō
 baptizato offerri nequeat & poterit,
 pro se ipso Sacerdote beneficium, im-
 petret salutem non baptizato.

¶ Sed hæc Scholastici tractent:
 illud collige, posse, sine scrupulo à
 Sacerdote applicari Carechumeno
 Missam, quæ iam proderit, quoad
 fructum Impetrationis certò, pro-
 babiliter

a Vasq. de Euch. disp. 227. c. 2. § 3.
 b Suar. de Sacram d. 78. sect. 2. §. 1. En.
 60. 3. § d. 79. seq. 10 § 1. igitur.

habilitate verò, quoad fructum Satisfactionis.

§. IV.

An offerri Missa possit pro Excommunicatis.

1. **E**Xcommunicari alij sunt tolerati : seu , quod idem est, non vitandi , alij non tolerati, seu, quod idem est, vitandi. Et quidem publicè denunciati nominatim , & publici percussores Clericorum sunt vitandi : ceteri omnes non vitandi.

2. Præterea , Sacerdos (ut rectè distinguit , cum aliis , Coninch) a triplicem personam repræsentat. Primo immediatè ipsius Christi, cuius tanquam principalis offerentis, sacrificium, eiusque fructum, ex opere operato , alicui applicat. Secundo ipsius Ecclesiæ , tanquam

R 7

cuius

a Coninch disp. 14. de excomm. dub. 6.

nn. 36.

cujus legatus, sacra officia, & Sacrificia celebrat: & in his duobus agit Sacerdos personam publicam. Tertio repræsentat suammet personam, & sic agit personam omnino privatam: sicut enim possunt hoc Sacrificium offerre Deo, circumstantes, vel dantes stipem, ut privatæ personæ, sic poterit & ipse Sacerdos. His positis.

*De Sacerdote ut privata persona
pro Toleratis, & non Toleratis.*

3 **D**ico Primo. Sacerdos, ut privata persona, potest applicare, seu offerre Missam, pro Excommunicatis, sive Toleratis, sive non Toleratis: quidquid dicat Faber, & Lagomus apud Dianam. *b* Ratio est, quia Ecclesia excommunicatos privat solum communibus, hoc est, publicis suffragiis,

a Coniuncto ib, n 37.

b Dian p. 5 tr. 9. res. 77.

giis : atque adeo solum Sacrificio,
ut offertur in persona Christi , vel
Ecclesiæ.

§ Hinc infero, etiam posse Sacer-
dotem in Sacrificio orate, pro dictis;
dummodo, id faciat, *a* privatim, seu
solamente, & non per orationes, quæ
nomine Ecclesiæ dicuntur, ut item
posse in Memento *b* orare pro iisdem,
quia, ut dictum est, hoc modo Sacer-
dos agere potest nomine privato,
non vero Christi, & Ecclesiæ Immo,
propterea eadem rationes, dum dicit
orationes publicas, v. g. orationem
pro infirmis , potest, animo suo
privato, intelligere infirmum ex-
communicatum, etiam non tolera-
tum.

De

a Coninchib. & Delugo disput. de
Euch. 19 lect 10 n. 185.

b Idem & Gordonus, & Corr. eio apud
Dian pag. 5. tr. 9 ref. 77.

*De Sacerdote, ut persona publica, quoad
non toleratos.*

¶ **D**ico Secundo non posse a Sa-
cerdotem, ut publicam perso-
nam, hoc est, nomine Christi, vel
Ecclesiæ, applicare Sacrificium pro
excommunicatis vitandis, vel ut sic
pro illis orare. Ratio est, quia Ecclē-
sia id directè prohibet, dum per ex-
communicationem illos privas com-
munibus suffragijs, nec umquam id
tēperavit, sicuti temperasse mox di-
cemus, pro toleratis.

¶ Sed quid, si quis non tolera-
tus sit contritus, perque ipsum non
stet, ut absolvatur, censendumne
est, eum, qui est Dei amicus, & per
Caritatem ipsi Ecclesiæ unitus, tam
graviter puniri! Non ita propter
hanc rationem, putant Navarrus,
Covarruvias alique, quos sequun-
tur,

a Cominchibid.

cur, & citant Fagundez, a & Marchinus, b Sed contrarium docent Sotus, Coninch, & Hurtadus, c quia adhuc est excommunicatus: cumque sic, ad terrorem aliorum, punire, quasi invita, constringitur pia Mater Ecclesia. Verumque probabile; hoc posterius probabilius.

7 Hinc infero peccare mortaliter Sacerdotem, si secus faxit, sique elemosynam, pro hoc, recipiat: quia in re gravi, & contra tam gravem prohibitionem operaretur communicando in Sacris cum excommunicato non tolerato. Insuper teneretur ad restitutionem stipis acceptæ, quia nullum spirituale fructum ex opere operato, id est, provenientem ex parte Christi, & Ecclesiæ) qui est fructus, quem maxime, fideles, per stipem, requirunt, illis.

a Fagund. Eccl. præcep. lib. 3. c. 12. an. 6. b March. de ord. tr. 3 p 2 cap. 8. n. 6. c Hurtad. d. 3 de exco. dis. 5. qui citat eosdem.

illis conferre potest. Vide infra lib. 3.
c. 1. §. 9. num. 5.

*De Sacerdote, ut persona publica
quoad Toleratos.*

8 **D**ico tertio, pro Toleratis
an possit Sacerdos ut per-
sona publica orare, ipsisque Mis-
sam applicare, esse vulgarem quæ-
stionem. Negat Suarez, Vasquez,
aliique, quos citat, sequiturque
Bonacina, *a* & Marchinus, *b* Con-
cedit Coninch, Henriquez, *c*, Na-
varrus, alijque apud eundem Bo-
nacinam, quibus adde Hurtadum,
c & Delugo. *d* Hi concedunt, quia
Concilium Constantiense, in Ex-
tra^{va} Ad vitanda, universaliter
permittit in quibuscumque divi-
nis, vel extra, cum excommunica-
tis

a Bonac. de excomm. disp. 2. qu. 2. p.
1. §. 1. num. 3.

b March de ord. 17 3. p. 2. c. 8 à num.

c Hurt. de exc. d. 3. diff. 3.

d Delug. d. 9. de Eusch. sec. 10. n. 127.

gis toleratis communicari posse. Illi
 negant, quia concedunt per hæc
 Concilii Constantiensis verba alias
 ceteras communicationes etiam in
 sacris, permitti, non vero hanc appli-
 cationem Sacrificii, quia, cum hæc
 fiat, sola mente, & longe distante ip-
 so excommunicato communicatio
 proprie non est. Vtrique probabili-
 ter, sed hi, qui benignius loquuntur,
 sunt hilarius excipiendi: suffragatur-
 que ratio, quia hæc concessio data à
 Constantiensi ad dilatarandas consci-
 entias Fidelium. restringenda non
 est, sed extendenda ad communica-
 tionem licet non tam proprie di-
 ctam. Et quamvis id faveat ipsis ex-
 communicatis, quia tamen id illi re-
 dundat ex concessione facta Fideli-
 bus liberè orandi, non erit nisi favor
 indirectus, qui non b negatur Tolc-
 ratis.

9 Adde neminem vocare in
 dubium,

a Sanch in Dec. l. 2. c. 9. n. 41 b Laym.
 l. 1. tr. 5. c. 4 n. 5. Sol. & Sanc. apud eundem.

dubium, quod Toleratus possit
 admitti cum alijs fidelibus ad au-
 diendam Missam; & tunc, iam Sa-
 cerdos publicè orat pro ipso, dum
 dicit (*pro omnibus circumstantibus*)
 Item cum eodem Tolerato possu-
 mus b recitare officium, vel etiam
 cantare in Choro, tunc autem ora-
 mus publicè pro illo, dum dicimus
 (*miseretur tui omnipotens.*) Item ip-
 si, si sit alias dispositus communio-
 nem porrigere possumus, c pro que il-
 lo publicè orare dicendo (*Corpus Do-
 mini nostri custodiat animam tuam*) I-
 tem possumus d admittere Diaconū
 Toleratum ad cantandum Evange-
 lium, pro quo orat Sacerdos, quando
 dicit (*Dominus sit in corda tuo*). Quæ
 omnia quamvis facta, ut à personis
 publicis, sunt permessa cum Toleratis
 à Constantiensi, ergo similiter est
 permessa quæcunque communicatio
 in sacris, atque adeo in Sacrificio.

10. Di-

a Delugo disp de Euch. 19. sect. 10. n.
 189. b Idem ib. c Idem ib. d Idem ib.

ro. Dices cum Marchino *impli-*
cat esse excommunicatum, &
pro ipso, posse suffragia publica ap-
plicari: quia quidditas Excommu-
nicationis est privatio communium
suffragiorum, sicuti cæcitatatis quid-
ditas est privatio lucis. Respondeo,
Quidditas Excommunicationis so-
lum est privatio taliū suffragiorum,
ut directe illis faventium, non ve-
re, ut indirecte: At in casu nostro ex
modo dictis n. 8. sine, hoc posterius
affirmamus, non illud prius.

ii. Ex his, infero Primo, quod
 feria sexta Hebdomadæ Sanctæ, cum
 Ecclesia orat publicè pro Hæreti-
 cis, & Schismaticis, licet dici possit,
 vel tunc ipsam sibi dispensare, vel
 orare directè pro dilatatione ipsius-
 met Ecclesiæ Catholicæ, unde so-
 lum indirecte orare censeatur pro
 Hæreticis: tamen, post Concilium
 Constantiense, facilius dicendi mo-
 dus, est, asserere, ipsam orare dire-
 ctè

March. de ord. tr. 3. p. 2. ca. 8. n. 3. Et

pro Hæreticis Toleratis: non Toleratos autem, qui sane paucissimi sunt, vel non comprehendit, ut sic terribi resipiscant; vel, si comprehendit solum, pro his, utitur prædicta dispensatione, vel prædicta oratione indirectè.

12 Infero secundo, Sacerdotem posse a sine peccato recipere stipem à Tolerato, ut pro ipso, Sacrum, ut publica persona, celebret; jam enim pro illo celebrare licebit.

Id autem dupliciter evenire potest. Primo si Toleratus ex se accedat ad Sacerdotem, petatque pro se fieri Sacrum. Secundo, si Sacerdos accedat ad Toleratum offerendo suam Missam pro ipso, petatque eleemosynam. Hoc secundo modo, esse licitum Sacerdoti, immo & esse licitum ipsi Tolerato, dare eleemosynam tali Sacerdoti, est

a Layman. l. 1. rr. 5. p. 2 c. 4. num. 8.
Sagr. desen/ur. l. 2. c. 4 n. 6.

est probalissimum, & quia, tunc, non se ingerit Toleratus, sed Sacerdos qui ex Concilio Constantiensis potest cū Tolerato communicare, tum in humanis, tum in divinis, & consequenter Toleratus invitatus non prohibetur respondere. Ille primus modus videtur difficilior, quia tunc se ingerit Toleratus, quod non potest, & Sacerdos accipiendo stipem videtur cooperari cum illius peccato. Dico tamen Sacerdotem posse acceptare, quia Concilium Constantiense cum ab omni prohibitione liberum facit; multo magis, ubi intervenit Sacerdotis commodum, quod expectat ex oblata elemosyna Quare sicuti, universaliter si se ingereret Toleratus, ad communicandum tecum, ipsi b peccaret, peccato mox dicendo n. sequenti, non tu. qui gaudes privilegio Concilij, ita in hoc casu, ubi adest similis communicatio.

13 In-

a Layman loco cit. n. §. §. Hac dixi.

b Layman ibid. §. §. notandum.

13. Infero Tertio, quoniam peccato peccet excommunicatus, dum se ingerendo, petit Missam pro se offerendam.

Dico Primo; non Toleratus petens Missam, ut publicum Sacrificium, peccat mortaliter, quia in gravi facit contra prohibitionem Ecclesiae, immiscendo se divinis, & volendo id, à quo graviter arceretur. Adde, & excitando Sacerdotem, ut pro ipso applicet sacrificium quod ex num. 5. sine mortali, non potest.

14. Dico Secundo. Toleratus, si Missam ut publicum opus petat, solum peccat venialiter. Ratio est, quia licet petat id, quod Sacerdos facere potest, tamen cum ipse se ingerat in tali petitione, quae, cum sit simplex petitio, non est nisi communicatio in humanis prohibita sub veniali, venialiter peccabit.

15. Dico Tertio Uterque, sive Toleratus, sive non Toleratus, si

petat
a Hurtad. dic. disp. 3. de excom. diff. 4.

ms. 13.

perat Sacrificium, ut est opus privati Sacerdotis, peccabit solum venialiter, nimirum propter prædictam communicationem locutionis in humanis, cui se ingerit, nam ceterum Sacerdos licitè ut num. 3. diximus, tale opus privatum offerre pro illis, potest.

Si ipse Sacerdos sit excommunicatus, & tamen Missam celebret offeratque pro non excommunicato, an valide offerat, dicam lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 42. sine.

§. V.

An. Missa applicari possit pro Iustis.

PRO iustis, sive in hac vita, sive in Purgatorio existentibus, offerri posse Missam, probatione non indiget, Pro iustis vero existentibus in Patria, hoc est, pro Beatis, non nisi, improprie, offeruntur nimirum,

a Delugo de Euch. disp. Euch. 19. sec.
2. 192.

mirum, vel in gratiarum actionem pro Beneficijs in Sanctos collatis, vel ad implorandam gloriam, & venerationem alicuius Sancti, in Ecclesia militante.

2. Memini Patrem Ioannem Lorium Societatis nostræ, propter Commentaria in Sacram Scripturam toto Christiano orbe clarum, cum Romæ a Catholico Rege per suos Legatos promoverentur apud Paulum V. Constitutiones, iam postea editæ, in favorem Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis, uteratur homo urbanus, & faceris, solum dicere amicis: *Orate orate pro Beatissima Virgine: senius erat pro impetranda gloria purissimæ Conceptionis, in hac vita Poterat ergo firmiter amicos rogare, ut pro eadem, Missæ Sacrificium celebrarent.*

§. VI.

An Missa applicari possit pro Peccatoribus.

1 **S**icuti communis, & certa doctrina est, absolute Missam offerri non posse pro peccatoribus damnatis, quia hi sunt in termino, sic posse pro viatoribus; ijs enim Missa: quoad aliquem fructum, b prodest, hoc est, solum quoad Impetrationem; ut nimirum Deus eorum misereatur, eosque convertat. Quoad satisfactionem enim, ut etiam quoad meritum, eodem iuvare nequaquam valet, siquidem, durante statu peccati mortalis, nec u' la pena remittitur, nec meritum ullum haberi potest.

2 Verum an Satisfactionis fructus, qui impeditur ex peccati statu,

§. 2

II,

a Suarez disp. de Sacr. 79 sect. 10. §.
2 requiritur. b Delugo de Euch. d. 19.
sec. 107. 194.

tu, conferatur postea, quando auferatur peccatum, dubitari solet; nihilominus contra Navarrum *a* & Marchinum *b* conferri, communior Theologorum sententia resoluit, id quod fuse persequi ad nos non spectat.

§. VII.

An pro Vivis applicari possit Missa de Defunctis.

IN aliquibus locis usus increbuit, ut fideles, ne defraudentur Missis post mortem, curent, dum vivunt, ut eas pro ipsis dicantur, & quidem ritu dici solito, pro Defunctis. Mos profecto nullo modo (quid-

a Navarr cap. 19. de orat. num. 79.

b March. de ord. tr. 3. p. 2. c. 11. num. 2.

c Suarez Vasq. aliique apud Deluge de Sacr. disp. 19. de Euch. sect. 10. num. 195. Hurc. de Sacr. d. 3. diff. 22. sub finem.

(quidquid aliqui a dicant) approban-
 dus. Ratio inter ceteras est: quia, sic
 non servatur ritus Missalis, dum Missa
 sa, quæ Defunctis à Rubricis assigna-
 tur, recitatur pro vivis. Ritè ne fa-
 ceret, qui pro Missa Natalis Domini
 ver. gra. recitaret Missam Resurre-
 ctionis? Certè (nisi excusaretur à bo-
 na fide, vel ignorantia) res gravis vi-
 deretur, saltem si ageretur frequen-
 ter, quia saperet implicitum & con-
 temptum Rubricarum. Pari igitur
 ratione concedere idem non possu-
 mus, in casu nostro.

2 Dicunt Primo, in nostro ca-
 su nullum esse inconveniens, si qui-
 dem Sacerdos repræsentat vivum
 coram Deo, ac si esset defunctus, si-
 cuti in Missa de Animabus Purga-
 torii repræsentantur ex, perinde ac
 S. 3 tunc,

2 Barb. in Cone. tr. sess. 22. c. 3. nu. 8.
 aliq. apud Dianam p. 5. tr. 13. res. 2. Pey-
 rinus tom. 3 in Addis. c. 1. num. 11. Eze-
 zana v. Missa n. 54.

b Vide infra c. 5 §. 1. n. 6.

tunc, quando dicitur *Missä*, moriantur, dum dicitur: *Ne absorbeat vas Tartarus, ne cadant in obsecrum*, Et in *Missä* de Adventu, quando dicitur, *Veni Domine, & noli tardare*, representatur, ac si *Christus Dominus* nondum venerit.

Respondeo non negari eiusmodi representationem fieri posse, nam facemur in *Scriptura Sacra* esse usitatissimam: sed dicimus ab *Ecclesia*, in casu nostro, non fuisse quid simile usurpatum. Certe si id usurparetur, possem, dum ego sum sanus, curare, ut dicatur *Missä* de infirmis pro me representato infirmo; & dum sum in pace, *Missä* de tempore belli; & dum sum solutus, *Missä* pro sponso, & sponsa: quæ, cum sint inconvenientia, & contra *Rubricarum ritus*, ostendunt inconvenientiam prædictæ sententiæ, ut merito *Layman a* eiusmodi consuetudinem extirpandam omnino esse monue-

a *Layman l. 5 tra 5 c. 2 n. 15.*

monuerit, quidquid Marchinus & contradicat.

3 Adde plus aibi viventi prodesse Missas dici solitas pro vivis, quam predictas *de Requiem*. Ratio est, quia, quoad fructum ex opere operato Christi, iam omnes Missæ sunt æqualis valoris: quoad orationes autem, & preces, eas Deus non acceptat, nisi iuxta institutionem Ecclesiæ, quæ cum eadem, in Missis Defunctorum, non instituerit, pro vivis, Deus non acceptabit. Quod si Sacerdos privatus validè contra talem intentionem Ecclesiæ aliquid posset, de qua re infra agendum erit; certè, non est tanti hic fructus, quanti est ille, quem lucraberis ex obedientia servandi Rubricas, & respuendi talem privatum fructum, qui tibi provenire, contra institutionem Ecclesiæ, posset.

S 4

4 Di.

a March. de ord. t. 5. p. 2. cap. 34. nu.

7.

4 Dicunt secundo, & ita gessisse insignes pietate, & doctrina viros, Albertum Magnum, Henricum Comitem, & Episcopum, aliosque. Respondeo. Id illos bona fide gessisse, mirum non est ea ætate, quando Missalis ritus, eiusque regulæ non erant tam latè diffusæ per Provincias, nec fortasse tam stricti iuris, quam post Pium V. Nunc vero post cognitam veritatem, & in ætate hac nota tam bene culta, quando res suo pondere accuratissimè sunt perpensæ illud nec agere, nec consulere tuto possumus.

§. VIII.

De Applicatione Missæ anticipatæ, quoad Satisfactionem.

1 Sacerdos celebrat hodie Missam, eiusque Satisfactionem applicat, pro eo, qui primus illam,

a. Lezzana v. Missam, 54. March. l. 618.

oblata stipe, petiturus est, siue pro
 eo, qui primus omnium de sua v. g.
 familia erit moriturus, atque ita
 usurpare consuevit, quoties non
 suppetunt præsentes, qui petant.
 Rite ne id facit, stipemque postea
 oblatam acceptare ne sine iniustitia
 potest?

a Rite, & sine iniustitia posse,
 tenent Henriq. a alijque citati à
 Marchino, b & Peyrino. c Ratio
 est inquit duplex, Primo quia
 iam Deus novit illum, qui erit pri-
 mo petiturus, vel moriturus, atque
 adeo illi applicare, ex nunc, ante-
 quam scilicet, fiat petitio, poterit,
 & sic Satisfactionis fructus non sta-
 bit in suspenso. Nota id, Lector, id
 enim, ideo, hoc modo, explicant,
 quia omnes fatemur, quod privatus
 Sacerdos non potest tenere in sus-
 penso.

a Henriq. l. 9. de sacr. c. 21. §. 2.

b March. de ord. sr. 3. p. 2. c. 11. n. 9. &
 cap. 31. nu 7.

c Peyrinus t. 3. in Add. c. 10.

penso, seu conservare, in privato thesauro, suæ Missæ Satisfactionem, ut postea libere distribuatur; solum enim Pontifex Summus, ut bene ibidem docet Henriquez, & qui ab eo clavem habent indulgentiæ distribuere possunt Satisfactionem in Thesaurò Ecclesiæ à Christo repositam Propter hoc ergo ipsi dicunt, quod in casu de quo loquimur, non suspenditur fructus Missæ, quasi dandus sit petitorio, quando petet, ver. gra. cras, sed datur nunc, quando Sacerdos celebrat, datur, inquam illi, quem Deus videt cras petiturum.

3 Secunda ratio est, quia id, nihil est aliud, nisi Sacerdotem solvere anticipato debitum faciendi Sacrum. Confirmatur, quia nemo negabit, quòd si quis Capellanus debeat v. g. singulis hebdomadis celebrare unam Missam pro defunctis, possit prævenire celebrando in hebdomada præcedenti, quia, sic anticipato, solvit, mentemque fundamētis

toris satis adimpler, dando opportunius auxilium defunctis, ergo ita in casu nostro.

4 Nihilominus non posse id rite, & sine iniustitia fieri merito docent Suarez, a Delugo, b Marchinus, c aliique. Ratio præcipua est, quia in eo, pro quo offerenda est Satisfactio Missæ, requiritur indigentia actualis. Nam sicuti Indulgentiæ non acquiruntur ad satisfactionem criminum futurorum, nec satisfactio sacramentalis tollit reatum pœnæ pro peccatis postea committendis; sic nec hoc Sacrificium debuit solvere pro pœna nondum debita, hoc enim esset dare, quandâ impunitatem peccandi, cum posset quis veluti securus committere peccatum v.g. mendacij. quia, iam, pro pœna ipsi debita, satisfecit. Adde quod

a Suarez. de Euch. d. 79 sect 9. §. 1. inquiri potest in medio & sec. 10. §. 4. equiritur. b Delugo de Euch d. 29. fact. non 209. c March. de ord. tra. 5. p. 2. cap. 31. nu. 2.

quod solutio ex natura sua supponit debitum, cum non possit intelligi aliquid solui, nisi prius intelligatur aliquid deberi. His positis, sic urgetur ratio. Cum possit evenire in casu nostro, quod ille, qui cras oblaturus est stipem, vel est cras moriturus, illa Satisfactione nunc non indigeat, non potest quid pro illo nunc solui. Præterea, si nunc non indigeat, contingat vero, quod indigeat, quando petet Missam, vel quando morietur, sanè tunc frustrabitur solutione, quæ cum in potestate Sacerdotis non remanserit, ut omnes docuerunt numer. 2. non poterit à Sacerdote tunc illi applicari.

§. Lege Marchinum, a apud quem invenies Decretum Sacre Congregationis talem anticipationem graviter prohibentis, tanquam novam, in Ecclesia Dei periculosam, & scandalosam, quem loquendi modum fortasse sumpsit Sacra
Congre-

March. loc. cit.

Congregatio à Suario, qui dixit
id esse inauditum in Ecclesia, &
valdè absurdum. Et quamvis non-
nulli respondeant de hoc Decreto
non constare authentice, tamen,
aliquo tandem modo, confirmari
ab illo nostram sententiam nemo
negat.

6 Ad rationes allatas num. 2. &
3 respondeo. Et ad primam qui-
dem fateor, Deo notum esse eum,
qui periturus est, sed dico Deum
nolle acceptare illam Satisfactio-
nem anticipato, ne dare videatur
impunitatem peccandi. Immo ad-
do, fortasse, nec aliquando posse,
quia aliquando, pro illo signo, non-
dum supponitur debitum pœnæ.

7 Ad Secundum, nego in casu
nostro, saltem semper, esse solu-
tionem anticipatam. Cum enim
aliquando non sit essentialiter so-
lutio, quæ ex se supponit debitum,
nec solutio, nec anticipata solutio
esse

T
a Suar. de Sacr. d. 79. sect. 6. §. 32
inquiri potest.

esse potest, quod si aliquando esse possit, jam dictum est, non acceptari à Deo,

8 Ad Confirmationem, esto Antecedens, de quo tamen mox nu. 9. nego consequentiam, quia Capellanus, & vere solvit pro debito actu, existente Animarum Purgatorii, & verè solvit pro debito celebrandi, quod contraxit ex contractu, quem acceptavit Capellaniz, quorum neutrum est in calumnia.

An aliquando sit licita, saltem in Capellano dicta Missarum Anticipatio.

1 DICTUM est num. 1. in Antecedente Confirmationis, Capellanum posse anticipato solvere Missas à se dicendas. Sanè, in hoc dicto, advertendum est, non semper, ejusmodi anticipationem esse licitam. Si enim in fundatione Cappellaniz implicite, vel explicite

re caveatur, ut nulla hebdomada transeat sine aliqua Missa, praevenire nequaquam licebit: tunc enim mens fundatoris est servanda, qui fortasse voluit, ut tale Altare, seu Ecclesia singulis Hebdomadis honore Sacrificii decoraretur, vel voluit non succurrere Defunctis quibuscumque, sed Defunctis qui successively de sua familia v. gr. vel Civitate decedunt. Nam propter hanc rationem quae facile praesumi in his foundationibus debet, non facile a consulerem praedicto Cappellano ejusmodi Missarum praeventionem; solum igitur in eo casu anticipatio Cappellani licita erit; quando talia vel similia incommoda non concurrunt.

T 2

De

a Delugo de Euchar. disp. 1. sect. 2.
num. 44.

*De applicatione Missæ anticipata quæ
ad Impetrationem.*

10 | Illud denique, hac super re
notat Delugo, ad quod ha-
tenus negavimus, non intelligi
de fructu Impetrationis; nam licet
non possim hodie v. gr. satisfacere
pro peccato admisso, possum ta-
men orare, atque a deo Sacrificium
offerre pro impetrando auxilio,
quo indigebo in futurum. Sic enim
oramus, *Ora pro nobis peccatoribus
nunc, & in hora mortis nostræ. Et Ne
projicias me in tempore senectutis, cum
defecerit virtus mea, ne derelinquas
me.*

11 Dices, ergo licebit Sacerdo-
ri hodie celebrare Missam pro ob-
laturo cras stipem, quia jam hie lu-
crabitur saltem fructum Impetra-
tionis. Sicut enim potest Sacer-
dos, accepta stipe, celebrare pro
pecca-

2 Delugo *ibid. disp. 19. sect. 10. n.*
209.

peccatore cogdito, utrali, qui
Missam petat, stipemque offerat,
quamvis non sit capax Satisfactio-
nis, sed solius Impetrationis ut
§. 9. diximus, ita in casu hoc præ-
senti.

12 Respondeo, negando conse-
quentiam, actualis enim peccator,
quia satisfactionem lucrari non
potest, ad solum Impetrationis
fructum habere implicitum con-
sensum, ut ibidem diximus, præsu-
mitur; quem implicitum consen-
sum, in casu, de quo loquimur,
non præsumimus: cum Fideles
semper præsumantur velle, ut ex
parte Sacerdotis, nullum impedi-
mentum ponatur, quo minus satis-
factio ipsis conferatur.

§. IX.

*De Applicatione Missæ contra volun-
tatem Superioris.*

PRælatus præcipit Sacerdo-
ti subdito sub pœna peccati
T 3 mortu-

mortalis, vel excommunicationis, ut Missam, quam hoc mane celebraturus est applicet pro Petro Defuncto. Quæritur Primo. An Sacerdos sub mortali obligetur obedire. Secundo, an si non obediat, Missamque celebret v. gr. pro Antonio valeat tamen Missa pro Petro. De singulis sigillatim.

*An peccet Sacerdos non appellans
Sacrum iuxta Prælatis
voluntatem.*

z **Q**Uoad Primum, dico hanc questionem dependere ab illa alia: An Superior possit subditis ita præcipere actus internos (talis enim Missæ applicatio in interna intentione consistit) ut præcipiente, Prælato contrahant statim subditi obligationem applicandi Missam, ut is præcipit.

Non agimus autem quando obligatio applicandi Missam est radicata in obligatione iustitiæ, vel in aliquo

aliquo voto particulari: tunc enim sicuti Sacerdos quilibet accipiens stipem pro applicanda Missa pro Petro v. gr. ex vi pacti pro eodem applicare tenetur & sicuti, qui vovit dicere Missam pro tali re, utique pro tali re dicere obligatur: sic Superior, obligata ex justitia elemosynarum, vel foundationis Religionis, ad applicandas tales Missas, potest præcipere subditis suis, ut tales Missas applicent, & tunc sine dubio sui tenentur, quia Superior, & subditi faciunt unum corpus Religionis, quæ, ut supponimus, se ad illas Missas obligavit, & ex alio capite Religionis statim atque professi sunt per vota in tali Religionis, implicitè ad hujusmodi onera justitiæ se obligarunt: non agimus igitur de his obligationibus, sed de obligatione, quam Superior potest imponere subditis, sive ex vi jurisdictionis, quare habet in suos, ut habet Episcopus in Diocesanos, sive ex vi voti Religiosæ obedientiæ, quæ

habet Prælati Religionis in subditos.

3 Lege Fagundez. ^a qui tamen ut etiam & aliqui recentiores, quia non clare distinguunt hæc quatuor nimirum Applicationem Missæ debitam, Primo ex iustitia. Secundo ex voto peculiari, Tertio ex Iurisdictione. Quarto ex voto Religiosæ obedientiæ; non satis complere hanc materiam explicare. Cum igitur hic non agamus de Applicatione debita duobus prioribus modis, sed solum de duobus posterioribus, de quibus scilicet procedere debet quæstio, non sunt mihi cum illis immiscendi.

4 Porro præmittendum est, esse eam communem & recentiorum doctrinam, à Prælato sive ex vi Iurisdictionis, sive ex vi voti obedientiæ religiosæ, ut solet scilicet communiter
emitti

^a Fagund præc. Eccl. 1. lib. 3. c. 10. à num. 4. b Doctores mox numer. 6. citandi.

emitti in Religionibus, non posse subditis præcipi actus mere internos, (quia sicuti Ecclesia visibilis non iudicat de interiori, sic nec de interiori præcipit) posse vero solum externos, vel saltem solum eos internos, qui per se coniunguntur cum externis, siue in esse suo physico, siue in esse morali, non autem eos internos, qui solum per accidens cum externis coniunguntur.

5 Dixi (ex vi voti obedientiæ, ut solet communiter emitti) nam si quis, vel absolute voveret actum internum, vel sub conditione, si Prælatus ei adiectum internum imperaret, sane tunc non esset obligatio ex vi horum duorum modorum, de quibus agimus, sed ex vi illorum, de quibus, ut modo diximus, quia res est certa, non agimus.

6 Quoniam igitur hæc, quam numer. 4. diximus, est commu-

T

nis

nis doctrina, quamque, ut cer-
tam, seu saltem, ut probabilissi-
mam, suppono. statim apparet dif-
ficultas, an Applicatio Missæ sit
per se conjuncta cum ipsa externa
actione Sacrificii, conjuncta, in-
quam, in esse morali, ut ens mora-
le conflatum ex multis actionibus
est Missa, an solum, per accidens.
Si prius, poterit Prælato præcipi
si posterius, non item.

7 Et quidem esse coniunctam
per se & non per accidens, adeoque
præcipi a Prælato posse, subdium-
que peccare, nisi obediat docet pri-
ma b sententia multorum. Ratio

a *Suar. de leg. lib 3. c. 20. Et lib 4.
c. 13. Et de censuris disp. 4. sect. 2. Castr.
2. 1. tr. 3. disp. 1 p. 6. Merollat. 2. disp. 4.
c. 4. dub. 1. diff. 2. num. 224.*

b *Rodrig. Ascan Tamburin Mi-
randia quos sequitur Merollat. 2. disp.
4. de leg c. 3. dub. 10. n. 331 quibus Ad-
de Sanch l. in dec. c. 2. n. 6. Rodrig. in
camp. ref. 102. n. 2.*

est (inquit Suarez) & quia licet intentione applicandi Missam pro aliquo, non sit de necessitate Sacrificii, est tamen necessaria ad completam oblationem Sacrificii, & ad conferendum alteri fructum eius.

8 Non esse conjunctam per se, sed solum per accidens, atque a deo non posse a Prælaro, præcipi, & propterea, non peccare Sacerdotem, seu Religiosum, si in hoc non obediat, docet secunda sententia aliquorum. b Ratio præcipua, & quæ difficulter solvi potest, ea est, quia nihil potest Prælarus in actus mere internos, ut esse communem sententiam fatebamur omnes n. 4. & 6. At talis applicatio est mere actus internus, quique adesse, & abesse facile à Sacrificio potest, unde valde per accidens, & extrinsece est cum sacrificio conjunctus, ergo &c.

T 6 9 Ad

a Suar. de leg. l. 3. c. 29 n. 10.

b Laym. l. 1. rr. 4 c. 4. n. 13. Castri
 3. disp. 1 p. 6 n. 4.

9 Ad rationem contrariam dictam num. 7. negari debet, intentionem applicandi Missam pro aliquo esse necessariam ad complementum ejusdem; certe solum id verum esset de Applicatione Missæ, sive implicita, sive explicita pro Vivis, & Defunctis in univ-
 sum: at quod ad complementum sacrificii, & ad fructum ejus sit necessaria applicatio, pro hoc determinato, (de quo nos loquimur) numquam admittet ipsemet Suarez, quia secus, si sacerdos faceret Sacrum pro Vivis, & Defunctis, & non determinaret pro hoc, vel illo specialiter, relinqueret aliquod complementum necessarium sacrificii, atque adeo peccaret, quod nemo dixit. Adde quod oratio, jejunia, elemosynæ ordinata sunt à Deo, ut ipsa offerantur pro Vivis, & Defunctis, & præter meritum ea facientis, applicantur ad satisfaciendum, & impetrandum; & tamen nemo dicit, quod ad comple-
 mentum

mentum eorum pertineat determinata applicatio pro hoc, vel illo particulari. Ita ergo in casu nostro.

IO Iuvat verba Castropalai *a* pro hac sententia hic exscribere. Ex quo fit, (inquit) numquam Ecclesiam precipere fidelibus ut in oratione fundenda hanc, vel illam intentionem habeant, quia hoc esset precipere directe actum internum, solum enim precipit, in necessitatibus, orationes fundere, ieiunia sustinere, eleemosynas erogare; sed nihil de intentione speciali & sine.

II Iuvat iterum verba Layman *b* afferre. Non poterit tamen (ait) facile Legulator, aut Prelatus sub peccato obligare subditos ad habendam intentionem, aliamve internam dispositionem accidentalem, seu non pertinentem ad substantiam moralem operis precepti v. gr. ut ieiunia, & orationes fiant in statu gratia, velut

T 7 oratio

a Castrop. loc. cit. *b* Layman
loc. cit.

rationes, & Sacrificia Deo offerantur
ad particularem aliquam intentionem
sicuti notavit Suarez lib. 4. de leg. c. 13
num 16. (addo & n. 14.) & disp. 6. de
de cens. sec. 3. num. 20. Hæc Lay-
man. Vbi nota, ipsum putasse
Suarium esse pro sua, hoc est, pro
secunda sententia, sed certe Sua-
rez expresse contra illam est in lo-
co à nobis allato supra n. 7. ex eius
tamen doctrina allata in locis his
citatis à Layman, vere, colligitur
prædicta secunda sententia.

Dices Layman. loc. cit. sic addit.
Prelatis tamen Secularibus paulo ma-
jor potestas competit ratione voti obe-
dientie, &c. Respondeo. In his ver-
bis solum Layman docet quod vo-
tum possit esse de actu interno, &
quod Prælati actum internum im-
perare possunt, quoties vovens ex
suo voto obedientiæ implicitè vel
explicitè id intèdit, quod est idem,
quod

a Videtur error Typographi potius
dis. 4. de cens. sec. 2. n. 20. Adde & l. 3.

quod nos supra notavimus num. 5. ut ex ipsius verbis, si accuratè legantur, videri potest, nihil igitur docet contra prædicta.

12. Ex his duabus sententiis prior magis communiter recipitur, posterior tamen est probabilis, & tuta ut patet ex ejus solidis rationibus.

13. Illa tamen pro secunda hac sententia est calumnia diluenda. Si enim (ajunt aliqui) a Prælatu religionis nequit suis præcipere applicationem Sacrificii, onera, quæ habet monasteria de persolvendis Missis subiacerent dubitationi, an persolvantur, quia subditi ad persolvendum, obligari a Prælatu non poterunt: sed facile diluitur, nam ad onera habitualia, cum ea sint fundata in obligatione justitiæ, ipsi subditi obligantur, illaque exigere possunt Prælati, ut

a. *March de ord. tr. 3. c. 33. num. 4.*
Gavant. in Rub. Miss. p. 3. tit. 12. n. 28.
inique Fraxinellus.

ut num; 3. diximus, onera vero quotidiana, seu manualia, si Prælatus potest acceptare nomine Monasterii, acceptatque, subditi propter eandem rationem iustitiæ obligantur; secus non est mirum ad ea non obligari subditos posse: quia tunc Prælatus solus contrahit, nomine proprio.

Quanam sint onera illa habitualia, consular quisque suæ Religionis leges, & qui est ex Societate Iesu, legat Suarium, & qui nostros ab huiusmodi obligationibus sub peccato liberat; solumque in uno casu obligat quando scilicet alicubi, forte aliqua sacrificiorum obligatio suscepta sit, ut annexa alicui Ecclesiæ, quam Summus Pontifex alicui Collegio Societatis (id quod rarissimum est) univisset.

Cui

a Suar. 4. tom. de Relig. tr. 10. lib.
3. c. 1. n. 5. & c. 3. n. 3.

*Cui proficit Missa applicata contra vo-
luntatem Prælati. vel contra
justitiam.*

14 **Q**Uoad secundum quod
numer. 1. proposuimus.
Dico certum mihi esse (quidquid
dicant aliqui) a Deum non respi-
cere ad debitum Sacerdotis, sed ad
voluntatem ipsius, quare Missa
contra voluntatem Prælati eam
jubentis applicari v. gr. pro Petro,
applicata siue licite, siue illicite
pro Antonio, Antonio proderit, b
& non Petro. Et Missa, quam pro-
pter stipem acceptam debebat ex
justitia Titio, applicata siue per
malitiam, siue per inadvertentiam
ab

a *March de ord. tr. 3. p. 2. c. 3. nu. 3.*
Gavant in Rubr. Miss. p. 3. c. 12. n. 28.
Dian. p. 2. tr. 14. res. 72. b. Rodr. in
comp. res. 102. Sortell. in dub. Reg. v.
obedientiam 1. Delug. de Euch. d. 19.
sect. 10. à n. 210. Hurtad. de Sacrif.
disp. 3. disp. 10.

ab eodem Sacerdote alteri, v. grat. Cajo, Cajo proderit, non vero Titio. Ratio præcipua est, quia Minister offerens Missam, non est Prælati, sed Sacerdos, cui dictum in ordinatione est *Accipe potestatem offerendi Sacrificium pro vivis & defunctis*. Ergo ad ejus applicationem respiciet Deus, & non ad applicationem cujuscumque alterius. Unde nihil valebit applicatio Prælati, nec quæcumque irritatio voluntatis sui subditi, quam vellet Prælati intentare, quia in hoc à Christo omnium Domino, & Superiore liberam facultatem habet Sacerdos, & consequenter à nulla humana potestate restringibilem & sicuti licentia concessa mihi à Generali omnium Superiore non potest restringi ab alio Superiore inferiore: ita hic.

15 Ex his infero Primo Si Sacerdos contra voluntatem Prælati applicat Antonio v. g. Missam posse quantum est ex vi justitiæ, accipere

cipere stipendium ab eodem, iam enim fructum Missæ, ipse Antonius lucratur, & Prælati sciens contrariam voluntatem iam esse Missam Antonio, applicatam ad nihil tenetur, quia Antonius totum illud, quod per stipem postulabat, acquisivit.

16 Infero Secundo. Si è contra alteri applices Missam non vero illi quo stipem recepisti semper resarcire teneris, quia Deus respiciens non ad debitam, sed ad habitam à te voluntatem, Sacrificij emolumentum illi non attribuit.

17 Infero Tertio. Si quis applicet sic Missam *Applico pro ea anima quam vult Deus*, tunc Sacrificium nulli prodesse, sed remanere eius fructum in Thesaurio Ecclesiæ. Ratio est iam dicta, quia, ex ipso Christi instituto, Sacerdotis, non vero Dei est applicare fructum Missæ. Determinet igitur in hoc, vel similem

a Vasq. de Sacris d. 2 §. 1. c. 1. n. 7. contra
 era aliquos contrarium sentientes.

mitem modum Sacerdos. Offero pro
ea anima, quam Deus videt magis in-
digere, vel minus indigere, &c. nam
 sic, quia determinata est Sacerdotis
 intentio utique iuxta illam accep-
 tabit Deus, Pari modo Ecclesia
 quando ex stipendio annuo debet
 multas Missas pro variis defunctis,
 satis erit, si celebrantes applicent
 pro iis, quibus eod die v. g. illæ Mis-
 sæ debentur, eas enim Deus videt
 quibus debeantur, quamvis sit me-
 lius eorum distincte meminisse, ut
 ex se patet.

§. X.

De tempore, quo intentio applicandi
alicui fructum Missæ elicien-
da est.

- 1 EGO, hodie, Sacrum à me cras
 operandum applico pro anima
 ma Petri, vel (eadem enim est ratio)
 Sacra
 a Fraxinellus de oblig. sacr. sect. 7. §.
 7. n. 7.

Sacra omnia per totum annum à me celebranda applico pro anima ejusdem, nec talem intentionem, unquam revoco, efficaxne est, ita ut satis sit ad hoc, ut fructus Missarum Petro attribuaturs?

2 Dico, quamvis non esse satis contendat Vasq. & tamen cum communi b sententia, immo, & praxi timoratorum satis esse. Ratio est, ut administraretur humano modo, & more; quare, sicuti homines solent disponere, de rebus, quæ erunt in sua potestate, etiam antequam fiat, sed pro tempore, quo erunt, nunc scilicet, pro tunc, dispositione tamen non retractata; sic disponere poterit Sacerdos, cuius arbitrio, Deus commisit fructum Missæ applicandum.

3 Sed

a Vasq. de Sacr. disp. 38. c. 6. aliqu.
 apud Delugo d. 8. de Sacr. sect. 9. nu. 92
 b Suar de Euch. d. 13. sect. 1. §. Dico
 2. Bonacin. Molf. Diana apud eund.
 Delugon. 93.

3 Sed quid, si quis nondum Sacerdos applicet Missas, quas post ordinationem celebraturus est, nec postea huiusmodi applicationem, vel retractat, vel renovat?

Dico id etiam satis esse, cum ratio modo dicta, in hoc etiam casu, valeat. Licet enim nunc, nondum sit Minister Christi, erit tamē postea. Sicuti si quis sciens, se cras v. g. fore in Prælatum eligendum, det nunc aliquam licentiam, pro die crastina, valebit & utique licentia, quia consensus ille non retractus iudicatur, humano more durare, pro tempore acceptæ potestatis.

4 Intentio ergo applicandi potest elici ante, immo multo ante, quam Missa celebraretur; Possit autem in ipsa Missa ante Consecrationem, & aptum esse tempus, in primo *Memento*, non est dubium.

5 Observat autem Hurtadus ^b

a Delugo ibi. num. 97. b Hurtadus
disp. 3. de Sacrif. diff. 10.

quando unus Sacerdos tantum cō-
secrat Corpus, & postea alter dese-
ctum prioris supplens, consecrat
Sanguinem, ad hunc posteriorem
pertinere applicare sacrificiū; quia
iste solus, utpotè perficiens essen-
tialiter sacrificium, dicitur sacrifi-
care, & ideo non tenetur intentio-
ni prioris se conformare. Ob ean-
dem rationem dic Sacerdotem, qui
facta Consecratione Corporis, nō-
dum applicuit, posse applicare, an-
te Consecrationem Calicis, & qui
applicuit uni, posse ante consecra-
tionem alteri applicare, huiusque
fore fructum Missæ, nō prioris. Ra-
tio est eadem, quia nimirum, con-
secratione Calicis, perficitur sacri-
ficium, & consequenter tunc Sa-
cerdos dicitur sacrificare, atque a-
deo ante illam semper poterit illud
applicare.

¶ Remanet tamen difficultas,
an possit ritè applicare in secundo
Memento Defunctorum, & in toto
tempore ante *Consumptionem*
Speciesrum. Dico

Dico in nostra sententia, quae colligi potest ex dictis c. 1. §. 1. nu. 1. per quam tenuimus in consecratione adesse sufficientem destructionem victimae, adeoque in ea consistere Sacrificij essentiam, non posse. *a* Ratio est, quia applicare Sacrificium more humano, cui suos Ministros conformes se velle reddere voluit Christus Dominus, ut modo innuimus, nihil aliud est, nisi offerre actionem sacrificandi in obsequium Dei; ac non solet inter homines, & fortasse non potest in obsequium alicuius offerri actio iam facta v. gr. genu flexio facta, sed facienda, quia, si iam sit facta in unum, vel in nullum finem; non potest deinde intelligi fieri in alium, praedicti v. gr. obsequij; Adde quod Sacerdos, ut supra *b* diximus, non potest conservare fructum sui Sacrificij, & deinde conferre, &c.

7 Dixi autem (in nostra sententia)

a Hurvad. loc. cit. *b* Supra §. 8. *244*
244

etia) nam quia sententia adocens sacrificij essentiam consistere in consecratione simul, & in consumptione, est satis probabilis, probabile etiam erit, posse applicari fructum Missæ, toto tempore, ante, prædictam Consumptionem: quia iam, in hac sententia, offeratur actio facienda, non iam facta.

§. XI.

Cui profit fructus Missæ, quando Sacerdos, cum Sacrum applicasset uni, deinde applicat alteri.

Sacerdos hodie Missam à se crastina die celebrandam, applicat pro Petro, à quo v. gr. stipem recipit; cras deinde applicat pro Antonio, cuiusnam erit Missæ fructus? si Petri; ad nihil aliud, pro ipso, tenebitur, si Antonij; utique tenebitur Petro resarcire.

V

Sunt

a Bellarm. aliique apud Hartsch.
disp. 1. de Sacrif. diff. 7.

2 Sunt in hac dubitatione distinguendi quatuor casus. Primus casus. Si memor applicationis, quæ heri fecisti pro Petro, illam applicationem respuas, applicesque hodie eandem totam Missam pro Antonio; Antonio proderit Missa. Quæ est certa, & cõmunis doctrina, quia posterior voluntas, clarè priorem revocat.

3 Secundus casus. Si pariter memor applicationis hesternæ, quæ applicasti Missam pro Petro, & quæ eandem totam applices, hodie pro Antonio, nullo modo revocando priorem applicationem externam, neutri proderit Missa. Ratio est, quia, cum hæ duæ voluntates sine invicem contrariæ, per quarum unam vis idem, quod per alteram, non vis; intendis impossibile, atque adeo nihil intendis; & Deus perinde se habebit in hoc casu, atque in illo, in quo Sacerdos faciens Sacrum, nulli illud applicaret, de quo *mor 5.12.*

4 Dizi

4 Dixi autem (totam Missam) nam si partem fructus uni, partem alteri velis applicare, utiq; partialiter proderis utrique, sed cum obligatione resarciendi, id quod ulterius alterutri debes, ut ex se constat.

5 Tertius casus. Si immemor applicationis pro Petro hesternae die factae, applices hodie pro Antonio, duplici modo, te gerere potuisti, Primo extraordinario quodam modo, si scilicet heri ita Sacrum voluisti Petro applicare, ut talis applicatio praeferreretur omni alteri applicationi à te etiam per oblivionem faciendae idq; expresse heri intendisti. Et in hoc quidem eventu Missa proderit Petro, cui primo subtili universalivoluntate applicasti. Ratio est: quia illa tam universalis applicatio omnibus aliis futuris applicationibus est praeferrenda, cum non censeatur revocari à posteriore, immo potius implicite posteriorem revocare.

6 Adhibet huius doctrinæ duo exempla Ioannes a Delugo. primū est ex l. *si quis in principio* ff. de legat. 3. ubi, si quis, in priori testamento, adhibeat clausulam revocatoriam cuiuscumque posterioris, statuitur testamentum posterius non fore validum, et si in eo revocetur expresse illa clausula prioris testamenti, ut cum communi Doctorum observat Molina, b quia nimirum voluntas prior habuit maiorem universalitatem ex parte obiecti, quā posterior.

Secundum est in materia voti, Nam si quis facit votum non vovēdi, nisi consulto Confessario, & ex nunc, vult non vovēre valide, nisi ea conditione posita; postea, si immemor huius voluntatis, voveat, votum non valebit, nisi eo esset affectu, ut etiam si recordaretur, vel-

a Delugo de Sac. disp. 8. sect. 8. n. 21. b Molin. t. 1. de iust. dis. 135. §. 1. Quod dictum est.

let valere, ut notat Lessius. ^a Ex quibus constat, concurrente duplici voluntate cōtraria, illam prævalere, quæ, cum sit universalior, explicitè, vel implicitè continet revocationem alterius, sive hæc sit prior, sive posterior, sive etiam simul ex ignorantia habeatur: & ratio ulterior est, quia illa universalior, vel formaliter, vel virtualiter reflectit super aliam, adeoque revocat.

7 Iam secundo modo, quo te in hoc genere potuisti, quique accidit magis communiter in praxi, (eritque Quartus casus) est, si heri non cum universalitate prædicta, sed absolutè, & simpliciter applicasti Missam pro Petro, & deinde illius immemor, hodie, applicas, simpliciter, pro Antonio.

In tali casu docet Delugo, ^b quod fructus Missæ proderit Antonio, qui

V 3 est

^a Less lib. 2. cap. 40. dub. 19. nu. 76.

^b Delugo dicta disp. 8. de Sacr. sect. 8

316. 124.

est posterior. Ratio est (inquit) quia sic persuadet paritas ducta ex testamentis, nam sicut posterius testamentum prævalet priori, etiam si quando sit posterius, non receditur hoc ad prioris à se facti, sic si heri applicasti Sacrum hodiernum pro Petro, & hodie immemor illius voluntatis, applices pro Antonio, per voluntatem æque absolutam, & efficacem, videtur præferenda hæc posterior; non enim apparet differentia inter testamentum posterius, & hanc posteriorem voluntatem.

8 Nihilominus probabilius putarem præferendam esse priorem, atque adeo Missam profuturam Petro. Ratio est duplex. Primo, quia potest afferri disparitas, cui testamentum posterius prævalet priori, non vero Applicatio Missæ. Cum enim testamentum firmitatem omnem suam accipiat à morte Testatoris, omnes habent implicite hæc intentionem, ut illud testamentum
firmum

firmū velint, quod morte ipsorum confirmatum est, & non aliud, unde sequitur quod prævalere omnino debeat posterius Testamentū, cum per prædictam intentionem revocentur omnes intentiones, morte nequaquam firmatæ. At, in casu nostro, similis implicita intentio non adest; unde ergo prior intentio ab omnino æquali intentione posteriori revocari poterit? Secunda ratio, est, quia communiter homines habent, seu præsumuntur habere hanc voluntatem implicitam ut velint cuique tribuere ius suum. Cum igitur certum sit, a quòd

Qui prior est tempore potior est iure.
 si nihil obest contra eum, qui prior est, ut ob stare solet in contractibus possessio rei apud posteriorem, vel solutio pretii, vel quid simile, de quo late iurista, b & Molina, Co-

V 4

var-

a *Qui prior de reg. iur. in 6. l. in operis ff. locati lege Mol. de contr. d. 369.*
 b *Covarr. l. i. var. c. 19. n. 8. b in lib. Quoties C. de rei vend. vanc.*

varruvias, Salas, alique apud De-
lugo, & dicendum erit, quod in
casu nostro, ille Petrus, cui heri ap-
plicatus, & veluti datus fuit fructus
Missæ, est potior in iure, quam sit
Antonius, cui hodie, hoc est po-
sterius, datus est dictus idem Mis-
sæ fructus, nihil enim obstat con-
tra Petrum anteriorem, cum sup-
ponamus, in omnibus, eos esse æ-
quales, præterquam in tempore.
Quare cum Sacerdos habeat illam
universalem intentionem dandi
suum ius unicuique, atque adeo fru-
ctum Missæ ei, qui potior est in iure,
non censendus est revocasse præter
intentionem, sed potius Petro an-
teriori velle dare fructum Missæ,
non vero Antonio posteriori.

9 Quoniam verò res hæc dubia
profecto est, cōsulerem Sacerdoti,
ut advertens deinde ad obligatio-
nem, sive hesternam, sive hodierno
die, contractam, certo resarciat; of-
ferendo aliam Missam sub hac, vel
simili

a Delugo l. 1. de iust. d. 21. sect. 21.

Simili intentione. *Applico Missam pro Petro cuius oblitus sum, si is fructum Missæ à me illi debitum non est lucratus, secus applico pro Antonio; vel contra: nam Deus, cui explorata sunt omnia, illi, cui fructus defuit, applicabit.*

§. XII.

De Sacerdote non applicante fructum sua Missæ.

SI Sacerdos, sive per oblivionem, sive per iniuriam, sive è data opera, nulli applicet fructum suæ Missæ, talis fructus cuius erit? Suarez, *a* & Vasquez *b* nemini dandum esse docent, sed reponi, seu remanere in Ecclesiæ thesauro. Ratio est (inquiunt) quia Sacrificium, quod est essentialiter oblatio, alicui non prodest, nisi pro illo offeratur.

Delugo

a *Suar. de Sac. d. 79. sec. 9. §. 3. inquiri potest* *b* *Vasqu. disput. de Euc. l. 2. §. 1. c. 3. n. 10.*

Delugo a putat prodesse Sacerdoti, nam licet Sacrificium nulli alteri prode sit nisi, pro illo offeratur, prodest tamen ipsi offerenti, etiam si pro se non offerat: sicuti ieiunium v. gr. meum non prodest alteri, nisi pro eo applicem, ac prodest mihi, quamvis mihi non applicem.

2 Sed quidquid sit de his, omnes fateri debemus de facto, & regulariter prodesse ipsi Sacerdoti, ceterisque Fidelibus. Ratio est, quia omnes Sacerdotes saltem impliciter semper intendunt sibi, & fidelibus applicare, quando alteri non applicant: id quod satis innuunt illa Missæ verba: *Offero tibi pro innumerabilibus peccatis meis. &c.* & illa

Pro omnibus Fidelibus Christianis, vivis atque Defunctis, ut mihi, & illis proficiam ad salutem.

g. XIII

Delugo de R. sch. d. 19. sec. 8 v. 4

§. XIII.

*De Sacerdote aliquem excludente à
fructu suæ Missæ.*

1. **S**upponimus, ut dictum est, intentionem Ecclesiæ esse, ut Missa offeratur pro omnibus Vivis, & defunctis, utique capacibus, itaque proficit: pro sua portione, saltem, quoad impetrationem.

Porro fuit quidam Sacerdos (quæ est hominum nequitia) qui voluit à fructu suæ Missæ excludere suum quendam adversarium, Petrum v. gr. Quæsitum fuit, quo peccato peccaverit, & rursus, an cum effectu Petrum excluderet à prædicto fructu? quod est quærere An id licitè, & validè intenderit.

2. Ad primum fuisse peccatum, grave contra Charitatem: & item peccatum aliquod contra obedientiam, certum est. Ratio est, quia

a *Suar de Sacr. disp. 78. sec. 2. §. 5. Sed
quæri rursus potest.*

quia adfuit odium, ex quo saltem virtualiter inductus Sacerdos fuit ad eiusmodi exclusionem. Præterea licet non teneamur orare pro flagulis, tenemur tamen eos non excludere à communibus Ecclesie suffragiis. Peccatum in superfluitate, contra obedientiam; dum non servata fuit intentio, & institutio Ecclesie, cuius Minister est Sacerdos.

3 Quoad secundum, incerta res est. Quidam putant excludi ab omni fructu; Quidam excludi quidem à fructu proveniente ex opere operato Christi, & ex privata intercessione Sacerdotis, quia horum fructuum ipse est independens distributor ex institutione ejusdem Christi, non vero à fructu proveniente ex parte, seu nomine Ecclesie, quæ cum includat omnes Fideles non habet Sacerdos potestatem excludendi. Res est ad Scholasticos pertinens, de qua agit Suarez ibidem.

§. XIV.

a S. Thom. & Nav. citati ab eod. Suarez ibi.

§. XIV.

*Cui magis prodest Missa, ei, qui illam
audit, an ei cui Sacerdos eandem
applicat?*

*Rursus quid melius, Missa simul dicta,
an successive?*

*Denique Missa ante, an post mortem
celebrata?*

QUÆSIVIT olim paupercula
Vidua quid consultius fa-
ceret pro suo viro Defuncto curare
aliquas Missas pro eo offerri, an ip-
sam pro eodem aliquas Missas au-
dire. Dixi huic interrogationi re-
sponderi posse ex Delugo. *a* Si qua-
ratur (ait) utri plus emolumenti affe-
rat, & quod sit utilius homini, audire
Missa, an petere, ut pro se absente of-
feratur. Existimo, habere se, sicut exce-
dens, & excessum. Nam quod attinet ad
effectum

X
Delug. disp. 19. de Euch. sect. 21 n. 234.

effectum remissionis poena, plus prode-
 vit Missa absenti specialiter applica-
 ta; quoad impetrandum vero auxilia,
 praeservandum à periculis, & alia simi-
 lia, consulerem regulariter magis quod
 audiretur Missa, quam quod in absen-
 tia pro ipso offerretur. Cum enim impe-
 tratio hac non sit semper infallibilis,
 ut supra a vidimus, crederem ceteris
 paribus facilius exaudire Deum pro eo,
 qui reverenter & devote adest Sacrifi-
 cio sic enim videtur fuisse congruum ad
 conciliandam reverentiam, & devotio-
 nem erga Sacrificium istud & hoc ipsum
 non raro miraculis, & signis extraordi-
 nariis videtur Deus ipse comprobasse.
 Hæc ille.

2. Cum igitur ea vidua; maxi-
 me intenderit Satisfactionem pro
 anima viri, in Purgatorio, forte ex-
 istenti; melius facturam existima-
 vi, si Missas curaret viro applican-
 das, quia Missa applicata, ut dictum
 est,

2 Delugo d. disp. 19. sect. 9. à. 111.

est, magis prodest ad Satisfactionem pœnæ, quam solum audita.

3 Ad ejus tamen solamen addidi, Missam auditam multum prodesse, etiam per modum Impetrationis, ad pœnæ remissionem. Sicuti enim duplici via potest quis obtinere remissionem pœnæ, obfuitum v. gr. a se commissum, contractæ. Primo, si compenset dando alterum tantum. Secundo si roget Dominum ut liberaliter, remittat. Sic proportionaliter Missa applicata satisfacit pro pœna debita, veluti dando compensationem ex thesauro Meritorum Christi: at Missa eadem audita impetrat, per modum orationis, remissionem liberalem ejusdem pœnæ. Illa igitur pauper-cula, multis Missis auditis, fortasse, impetrabit remissionem pœnæ sui viri, ad quam remissionem una, vel altera Missa applicata; forte, non sufficeret.

3 Dixi eidem, melius *a* facturam, pro concupita satisfactione vini, si eas Missas, eodem die, simul, celebrandas curaret, quam successivè Ratio consilii fuit, quia quamvis magis mereatur, ille, qui ceterum v. gra. Missas, successivis diebus, celebrandas curat, quam qui simul, eodem die, quia nimirum, sic, divinus cultus, per eum magis extenditur, & quamvis quoad fructum Satisfactionis adsit æqualitas, ut æquales supponuntur in numero Missæ: tamen, qui eodem die curas dicendas, citius exhibet Deo Satisfactionem, atque adeo citius animam à purgatorio liberat.

4 Denique eidem interroganti, quid pro se melius faceret, curaret, ut sibi applicentur Missæ, dum viveret, an post mortem? Dixi, melius, *b* dum viveret: Ratio potissimum

a S. Antonius in Summa p. 1. t. 10. c. 2 § 5 Homob de exam. tra. 4. cap. 14 q. 128 fin. *b* March de ord. tr. 3. p. 1. c. 3. *c* *aliqua*

ma fuit, quia post mortem lucrabitur Satisfactionem, dum vivit cum Satisfactionem, cum Meritum.

§. XV.

Quid valeat magis pro Defunctis Missa applicata; an Bulla Cruciatæ.

1 | Nstabit aliquis (ne id hac occasione taceam, quæretque, Quid huic Viduæ modicam pecuniam habenti consulerem magis? Ut curaret duas Missas offerri pro anima sui Viri, an potius, ut Bullam Cruciatæ, quæ pro Defunctis distribui solet, acciperet?

2 | Respondi, mihi videri, ceteris paribus, melius pro Anima viri facturam, si Bullam sumeret, in qua cõfertur sive per modum suffragii, sive alio modo Indulgẽtia Plenaria pro Defunctis. Ratio reipõsionis ducitur ex duabus illis propositionibus, altera est, vim satisfactionis in Missa in actu secundo, seu quoad

effectum esse finitam, & limitatam, ut supra *a* vidimus: quare potest frequenter accidere, ut una vel altera, immò triginta, centum, plures Missæ non sufficiant ad remissionem pœnæ, quam quis debet. Altera est, per Indulgentiam plenariam satisfieri plenè pro quibuscumque debitis, sic enim ea definitur: *b* *Indulgentia plenaria est, quæ illimitate conceditur, ut omnem pœnam, in Purgatorio, pro peccatis, luendam remittat.*

Ex his ita conficitur ratio. Missa applicata non semper sufficit ad remissionem totius pœnæ, Indulgentia plenaria sufficit. Ergo quoad hoc, quod Vidua intendit, fructuosior est Indulgentia, seu Bulla indulgentiam conferens.

3 Dixi (ceteris paribus) ut interim abstraherem à quæstionibus quæ possent fieri de certitudine Indulgentiæ, & de aliis emolumentis

Meriti,

a Supra c. 2. §. 1. à n. 4. *b* Layman. lib. 5. sr. 7. c. 3. n. 1. & passim.

Meriti vel Imperationis proveni-
entibus in Missa, de quibus fuse
Theologi in Tractatu de Indulgē-
tiis, & de Missa, Semper autem nos
hic supponimus certam esse Indul-
gentiam; qualis a profecto est hæc
ex Bulla Cruciatae,

§. XVI.

*An Parochus teneatur aliquam Mis-
sam applicare pro suis
ovibus,*

EX Tridentino, a quod sic
habet. Cum praecepto divino
mandatum sit omnibus, quibus animarum
cura commissa est, oves suas agno-
scere pro his Sacrificiū offerre &c. col-
ligunt nonnulli, a dēse præceptum
divinum, ut Parochus, & propter
identitatem rationis, Pontifex, E-
piscopus, Superioresque spirituales
X 4 quicum-
a Lege Ludovic. à Cruc. in exp. de
Bull. Cruc. d. 2. dub. 1. & 2. b Tri-
sess. 23. de ref. cap. 1. in fine.

quicumque, aliquoties saltem in anno Missam applicet pro suis subditis. Et Sorus *a* quidem, semper Missam pro iis, offerre Parochum debere existimat. Bonacina *b* saltem, diebus Dominicis, aut semel in hebdomada, Marchinus *c* saltem diebus solemnibus.

2. Non pauci id confirmant ex eo, quia Parochi tenentur celebrare quoties populus tenetur audire Missam, ut supra *d* diximus, ergo tenentur tunc illam applicare pro populo.

3. Non est autem quaestio, quando forte, Parochus ex alio titulo, v. g. ex fundatione, vel eleemosyna obligatur; neque quando, ex legitima consuetudine, vel statuto, ut esse in nonnullis Hispaniae locis noceat Nunnus: tunc, enim, quis dubitat teneri?

4. In

a Sorus in 4. dist. 13 qu. 2. ar. 1. §. 2.

b de iust. lib. 2. q. 2 art. 1. circa mediu.

c Bonac. de sacr. d. 4 q. ult. p. 7.

d March. de ord. tr. 1 p. 2. c. 30 n. 2.

e Lib. 1 c. 6. §. 2 n. 2.

4 In nostra igitur questione Di-
co nō a adesse talem obligationem
in Parocho, vel Superiore. Ratio
est, quia ut lib. 1. c. 6. nu. 4. diximus,
non est apponenda gravis obliga-
tio, si de illa non constet, ut certè
hic non constare ex solutione con-
traria rationis jam patebit.

5. Ad Tridentinum enim respon-
deo, ibi dici quidem adesse præcep-
tum divinum, *ut oves suas Parochus
agnoscat & Sacrificium pro iis offerat,*
sed non dici, quod Sacrificium, pro
iis, particulariter, applicet, satis i-
gnitur erit, si universaliter pro iis o-
ret in Sacrificio.

Adde, esse Theologorum doctri-
nam, quod, quando præceptum,
quodpiam fertur inde, terminatè, ad
nibi obligat, donec à Superiore
determinetur, quia cum non possit
ut indeterminatum in executio-
nem exire, nō censetur præceptum
practicè tunc esse completum. Vo-

X 5 de

a Vasq. de Sacram. d. 234. c. 4. n. 27.
alios citans.

LIBER II.

de quia adest præceptum divinum indeterminatum aliquoties in vita communicandi. ibi, *Nisi manduca- veritis carnem filii hominis, &c.* quod non explicat determinatè quo- ties, & quando, ideo ad nihil ^a sal- tem extra articulum mortis obli- gabantur, quantum ex hoc capite Fideles; donec Ecclesia determi- naverit tempus Paschale. Idem cõ- tigit in præcepto Confessionis? Vi- deo etiam idem esse in materia Sa- crificii; est enim præceptum divi- num aliquoties celebrandi in illis verbis. *Hoc facite in meam commo- rationem*, sed quia nondum Ec- clesia determinavit, ad nihil ^b ex vi hujus præcepti Sacerdotes tenen- tur. Pari igitur modo, etiam si vel Tridentinum, vel præceptum divi- num injūgeret particularem applica- tionem; tamen quia non deter- minat quādo, & quoties (quod cer-
to

^a Delugo de Euch. disp. 16. sect. 2. nu. 28. & de pœn. d. 15. sec. 3. nu. 39.

^b Idem Euch. d. 20. sec. 2. n. 9. & 10.

te Ecclesia determinare posset) ad nihil tenebitur Parochus.

6 Ad confirmationem negatur consequentia, non enim valet illatio: obligor tibi dare opportunitatem audiendi Sacrum, ergo obligor illud pro te applicare. Nā propterea rectè Marchinus & defendit Parochum quemdam, quem Episcopus cogebat, ut ter in hebdomada, pro suis ovibus, applicaret Sacrum, ex eo, quia extabat ibi statutum, ut Parochus ter in hebdomada Sacrum faceret; rectè, inquam, defendit, siquidem non bene inferitur ut, dicebam obligatur quis sacrificare, ergo obligatur applicare, cum non rectè ex una obligatione inferatur alia. Et sanè quis dicat, quod quando Parochus obligatur celebrare ad benedicendos sponfos, vel, ut iest mos alicubi, ad defunctos sepelien- dos, vel ad consecrandas particulas pro communione sui populi, obli-
 X 6 gatur

a *March. de ord. t. 3. p. 2. ca. 30. n. 4.*

b *Papinianus ff. de Minorib.*

gatur etiam pro iisdem Sacrificium applicare?

7 Ex dictis inferitur, posse Parochum recipere stipem a quopiam, ut offerat Sacrum pro ipso, etiam in diebus festis, quia licet tunc obligetur facere Sacrum, sui tamen juris est in applicando. Nec obstat Constitutio Urbani VIII. de Celebratione Missarum, de qua latè infra lib. 3. hæc enim solum prohibet ne obligatus Sacerdos applicare pro uno, applicet etiam pro alio, id quod non est contra hæcenus dicta.

C A P V T III.

De Attentione Sacerdotis dum celebrat.

Attentio duplex est, interna, & externa. Hæc consistit in negatione distractionis exterioræ: id est, negotii, vel occupationis;